

Salutem eternam à Salvatore nostro ac vita
 presentis longioram precatur usuram
 (Cum inter alia orbis Christiani regna patria haec
 nostra, clarissime Doctor, ob ingratoram Ottomanicam
 gentis vicinitatem perpetuis obnoxia vicissitudinibus sum-
 ma cura ac industria gubernetur, totum verò gubernium
 potissimum Illustratissimo Principi nostro incumbat, hyper-
 natalibus hinc mensibus variis regni negotiis ita fuit
 praepeditus, ut non prius nepotem suum, spectabilem
 ac Magnificum Dnum Stephanum Bethlen juniorem
 Comitem, de Jestar cum Praeceptoribus suis Stephano
 Gelei et Caspore Broyti optime spei juvenibus
 ad hanc exoticam peregrinationem expedire potue-
 rit. Nunc Dei beneficio expedivit, ac juxta praedicti-
 mationem suam vestrae Paternitati concedidit, quem
 ut obvis, R. Vra Paternitas amplectatur ulnis, suc-
 cessibusq; ejus modis omnibus faveat, eò ardentioribus
 contendo votis, quò major ejus mihi incumbit cura.
 Incumbit autem maxima, eò quòd ex meo potissi-
 mum suasse Illustratissima sua celsitudo Fraterculum
 unice sibi charissimum ambiguo huic fortune
 aled exposuit. Quomocumq; igitur facinus hoc
 Magnatibus Transylvanis minime consuetum, sor-
 titus exitum, mihi imprimis imputabitur. Confido
 tamen vestro consilio ac industria eum cum
 in disciplinis honestis, tum in moribus ac externa
 vita conversatione, ita informatum ac instru-
 ctum iri, ut nullus vel de vobis querendi, vel meam
 hoc consilium suggillandi cuiquam relinquatur
 locus. Quicquid benevolentiae, consilii, et laboris
 in hoc nationis nostrae decus impenderit, ne in in-
 gratum impendas Illustratissimo Principi ac tota gens
 nostra Ungarica omni studio ac diligentia
 allaborabit. De rebus novis nunc temporis apud
 nos nascentibus nihil scribam, cum hoste nostris

D. Pareo.

fratres ad vos expeditos exactius omnia viva voce referre
nihil diffidam. Vale rectissime, doctor venerande, una cum
suis et nostra nationi favere perga. Babam Varadino
die Gregorio Papa sacro, Anno currenti: ibiq.

Rev. Tue Paternitati: Adiectissimus
Johannes Dayka Keserüinus
Aulicus Fili P. Concionator ac S.

235.

Reverendo Viro D. Bartholomaeo Hexamero Ecclesiae
Bipontinae Pastori et Superintendenti vigilantissimo
David Pareus S. P.

Praemature quidem, Reverende Dne Hexamere, anti-
quissime Amice, Ecclesia vestra, Clarissimi Dni
Doctoris Beutheri ministerio orbata fuit; quia vero
te successorem nacta est, veteranum atq; exercita-
tam in opere Dni ministrum atq; Pastorem; equidem
et tibi gratulor, et ipse gaudeo, quod habeat: quo facilius
jacturam illam dedoleat. Heilmannus Bipontinus, qui
superiore aetate ex Academia nostra in Bohemiam
concessit, ut nostri, Pilsna à Mansfeldio expugnata
hactenus Ministerio fungitur; is aliquoties M. Nico-
laum Pistorium vestratem, collegii Casimiriani alu-
mnum ad se advocavit ad ministerium. Quoniam manus
copiosa, operarii pauci. Huic consulenti me author
fui, ut patria prius operam suam deferret. Venitigi-
tur ad vos, ut vestro utatur ac juvetur consilio.
Quod si apud vos locum inveniet, bene erit. Exer-
cuit se concionando et votes non contemnendas
habet cum aetate, qua tamen aliquandiu frui stipendio
apud vos potest; sin autem; ablegare eam cum
commendatione ex aula ad aliquem patronum, quem
forte ex Heilmanni literis vobis nominabit. Clades
Mansfeldio inflicta ex insidiis, hostium spes non nihil
extulit. Sed anceps Martis alea, nec semper bona causa, sed
tandem vincit. Heri Heilbrunna nova venerunt, de vindiciis
Thurnensis, caesis hostibus, spoliis recuperatis. Orandi deus, ut con-
fundat Anti-Christianorum machinationes et servet Ecclesiam
Reverendie Elector Moguntinae hic expectatur, forte praesertim nostrum
serenissimum pro voto, vel verba daturus. Vale feliciter. Heild. 20. Junij
1619.